

16 de març de 1360

**Cancel·lació de les obligacions atorgada per Sibil·la de Montcada, vídua de Pere de Montcada i tutora testamentària del seu fill Gastó, a favor de Guillem Ferrer, de la Ral, parròquia de Franciac.**

Fons Calderó. Pergamí, 21,5 x 36,5 cm.

*Definició atorgada per Sibil·la de Montcada, vídua de Pere de Montcada, com a **tutora** testamentària de Gastó, fill dels anteriors, i usufructuària dels béns del seu marit, a favor de Guillem Ferrer, de la Ral, parròquia de Franciac, de tots i cadascun terços, bans, penes, obligacions, promeses, emparas, penes pecuniàries i obligacions que hagués contret, trencat o infringit fins al moment present.*

**TRANSCRIPCIÓ**

Sit omnibus notum quod nos Sibilia de Montecahteno, uxor nobilis viri domini Petri de Montecatheno, condam, tutrix testamentaria legitime data et constituta per dictum Petrum / eius virum in suo ultimo testamento nobilis Gastoni pupillo filio nobis et dicto condam viri nostro comuni, et etiam domina et potens usu fructuaria omnium bonorum que / [...] eiusdem nobilis mariti nostri prout [...] lacius patent et continentur in testamento eiusdem nobilis quod fuit conditum Barchinone decima septima die madii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo et clauso per Romeum de Sarriano, notarium publicum Barchinone. Gratis et ex certa sciencia nominibus predictis diffinimus et remit- / timus vobis Guillelmo de manso Ferrarii des Reyal, parrochie de Franciacho, omnia universa et singula tertia, banna, penas, obligaciones, promissiones, emparas, fractas et etiam alias / quascumque penas pecuniarias et obligaciones quocumque nomine [...] in quibus vos in[...]tis, f[...]is ac contraveneritis quoquomodo usque ad hanc presentem diem, exceptis et / nobis retentis penis a[...] decendentibus. Ita quod nunquam decetero nos vel aliquis alius nomine nostro vel dicti pupilli [ultra] pro predictis contra vos vel vestros possim sive possit / facere vel movere questionem, petitionem vel demandam in iudicio vel extra. Quia nos nominibus predictis facimus vobis et vestris de predictis omnibus et singulis usque ad hanc diem / bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo sine aliquo retentum, et pro predicta difinitione et remissione confitemur et recognoscimus a vobis habuisse et recepisse / quindecim solidos barchinonensis de terno, renunciando excepcioni peccunie non numerate et non habite et doli, et si plus pro predictis habere deberemus aut nobis vel dicto pupillo per- / tinet vel pertinere debet totum illud plus vobis damus et remittimus donacione pura et irrevocabili inter vivos.

Actum est hoc in villa de Calidis, decima sexta die / marcii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo.

Sig+num nostri Sibilie de Montecatheno predicte que hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt venerabilis Raymundus de Planella, de domo dicte nobilis, et Gernaldus Sibili, ville de Calidis.

Eg(*signe*)o Jacobus Jalberti, publicus notarius Calildarum, auctoritate domini eiusdem loci hec scribi, feci et clausi.